





24

26

1772 7

FACULTATIS IVRIDICAE  
 DECANVS  
 HIERONYM. FRIDER.  
 SCHORCH, ICTVS,


SACRI PALATHI CAESAREI COMES, EMINENTISSIMI AC  
 CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMI-  
 NIS, MEMORATAE FACVLTATIS ADSESSOR SENIOR, DECRETAL.  
 PROF. P. ORDIN. CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVL PRI-  
 MARIVS, NEC NON ACADEMIAE ELECTORAL. MOGVNTINAE  
 SCIENTIARVM VTILIVM PRAESES.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.



*In pretio C. V. quatenus naturales, contrahentes, & circumscriptae sunt.*



ERFORD, LITT. NONNIAN, ACAD. & TYP.




104




FACULTATIS IURIDICAE  
DECANVS  
HIERONYM. FRIDER.  
SCHORCH, IGVVS

ACTI PAULI CÆSARIS VICE, PÆNITENTIAE AC  
GRASSIAE PRINCIPIS ELECTORIS RHEODANI CONSILIARII RECTORIS  
RE MERITO ANNE HÆRETIÆ ABROGATIONE, REACTATA  
PROF. P. ORDIN. CIVITATIS ERPHORDENSIS, CONSIST. THEO.  
LITTERAR. SACR. NON. ACADEM. RECTORIS, AUCTORIS ET  
CENSURÆ VICE RECTORIS

LECTORI BENIVOLIO



ERFORD, THE. MOBBAY, ACADEM. 1714



101





**I**n pretio emtionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus  
se circumvenire ait POMPONIUS apud ULPIANVM in l. 16. §. 4. *D. de minor. 25. ann.* nec non PAVLVS in l. 22. §. 3. *D. locat. conduct.*  
quod, licet primo intuitu iniquum, & juri Naturali adversum videatur,  
a ratione tamen non abhorret, siquidem memorati ICTI non  
de circumventionem dolosa, animo alterum decipiendi facta, ob quam  
emtio venditio sine dubio irrita est, l. 5. *C. de rescind. vendit.* sed de  
tali, quae fit *negotiativae* secundum Imp. IUSTINIANVM in Nov. 97. c. 1.  
sive, quae fit ut in commerciis solet, prouti HOMBERGK ZV VACH vertit, in-  
telligendi sunt. Quemadmodum enim desiderium utilitatem suam  
promovendi a natura hominibus insitum est: ita in contrahendo praefertim  
& maxime in emtionis venditionis contractu illud se exerit,  
dum emtor, sicut Imp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS in l. 8. *C. de  
rescind. vendit.* hoc exprimunt, vilioze comparandi, venditor cariore  
X 2 distra-

distrahendi votum gerentes ad hunc contractum accedunt; Quodsi ve-  
 ro lætio nimis magna & enormis sit, atque ultra dimidium pretii se  
 extendat, modo laudati Impp. humanum sive æquum esse censuerunt,  
 lætio succurri in *l. 2. C. eod.* & quarivis hæc lex de venditore solum  
 loquatur, nihilominus tamen emtorem quoque hoc beneficio juvari  
 statuendum est, quicquid dissentiat *CVIACIVS L. 16. Obs. 18. § L. 23.*  
*Obs. 32.* cujus argumentis satisfacit *WISSENBACH in Commentar. ad C.*  
*tit. de rescind. vend. p. 765. sq.* nec non *GER. NOODTIVS in Comment. ad*  
*D. p. 410. sq.* add. *GIPHAN. in alleg. l. 2. p. 307. sq.* De eo solum am-  
 bigitur, quomodo lætio illa ultra dimidium computanda sit? Nam li-  
 cet ratione venditoris res clara & in *d. l. 2. in f.* latis definita appa-  
 reat, quod scilicet is ultra dimidium lætus habeatur, si nec dimidia pars  
 veri pretii soluta sit, veluti si emtor pro re, quæ 100 valet, ne quidem  
 50 dederit, vel promiserit; ratione emtoris tamen non una est In-  
 terpretum sententia. Sunt enim, qui eum enormiter læsum esse pu-  
 tant, si ne quidem dimidium acceperit pretii illius, quod dedit, vel-  
 uti si pro re, quæ 100 valet, plus quam 200 solverit, quæ sententia  
 etiam placuit *BACHOVIO ad Treutler. Vol. II. Disp. 2. ib. 9. lit. 2.* *FACH-*  
*NEO Controv. L. 2. c. 16.* *MYNSINGERO cent. 4. Obs. 73. n. 3. § 4.* & mul-  
 tis aliis. Sed hæc computandi læsionem quoad emtorem ratio a plu-  
 rimis *Dd.* improbat, *ACCURSIUM* secutus, qui in *GLOSSA ad c. l. 2.* inquit:  
 emtorem tunc deceptum esse, si res valet 10. & ille emit pro 16. in-  
 simulque opinionem secus sententium rejicit, eo quod secundum il-  
 lorum doctrinam lætio non dimidium sed duplum egrediat. Quæ  
 explicatio validioribus nititur rationibus, quam ea, quæ priori loco  
 allata est, quoniam eadem computandæ læsionis norma quoad emto-  
 rem & venditorem supponi debet, illa vero non alia est, quam res  
 vendita, quæ pro certo tempore certum pretium habet, ac proin-  
 ma vicem subire potest, cum e contrario pecunia ab emtore solvenda  
 ante contractum indeterminata sit, ac rei venditæ exæquari debeat,  
 uti perspicue docet *TITIVS in Obs. Lauterbach. 542.* eandemque sen-  
 ten-

entiam probant LAYTÉRBACH. in *Colleg. Theor. Pract. L. 18. Tit. 5. §. 10.* ubi illam communem & receptissimam esse affirmat de COCCEN in *Jure Controv. Civil. L. 18. Tit. 5. qu. 4.* aliique. De cætero æquitas illa, ex qua sæpe citata *l. 2. C. de resc. vendit.* promanavit, etiam ad alios bonæ fidei contractus merito porrigitur, v. g. ad locationem conductionem, *l. 2. pr. D. locat. l. 1. §. 13. D. si quid in fraud. patron. STRYK. in Vfs. Modern. τ. L. 18. Tit. 5. §. 6. Squ.* ad permutationem *c. l. 1. §. 12. & 13.* divisionem, & similia negotia. GIPHAN. *c. l. p. 310. Squ.* NOODT. *c. l. p. 412.* læsione enormi autem probata, contractus inius non simpliciter & absolute rescinditur, sed reo electio datur, utrum a Contractu discedere, an læsionem illatam emendare velit; unde tamen inferri non potest, quod reus ex *d. l. 2.* conventus alternative obligatus sit, quæ opinio infinitis erroribus occasionem præbuit, iudice de COCCEN *c. l. qu. 9.* Atque cum iis, quæ ex jure Civili Romano hucusque adducta sunt, exacte conspirat jus Canonicum prout ex *c. 3. & 6. X. de emt. & vendit.* evidenter apparet. Sed hæc ulterius persequi jam non vacat. Amplius hoc argumentum in lectione Curatoria ad *c. 6. X. de emt. & vendit.* illustrare constituit

NOBILISSIMVS ET CLARISSIMVS,  
DOMINVS  
IOANNES DAVIDES SCHVMM  
ARNSTADTENSIS,

de cuius honestis natalibus, studiorumque ratione sequentia, verbis ipsius Domini Candidati, a nobis commemoranda sunt;

**E**GO IOANNES DAVIDES SCHVMM, *Arnstadie primam lacem vidi.*  
anno MDCCXLVII, die X. Octobris, ætatis Patris IOANNE

X 3

DAVI.

DAVIDE SCHVMM, Regimini Cancellisa, & Matre, MARIA MARGARETHA, nata HEYLAND. In hac natali civitate non tantum sub directione praeceptorum diligentissimorum prima litterarum & religionis Christianae posui fundamenta, sed & ad altiora studia animum meum prepararunt viri doctissimi. In primis autem laudo, grataque mente agnosco fidelissimam M. IO. GOTTL. LINDNER, Rectoris Lycei meritissimi, & IO. CHRISTIAN. LANGBEIN, Correctoris dignissimi, informationem, & indefessam, quam expertus sum in addiscendis litteris, operam. Hinc, publica oratione valedictoria primum habita, Ienam, academiam florentissimam, me conuli, ubi Rectore Magnifico, IO. ERN. IMMAN. WALCH, studiosorum numero sui adscriptus. Combinavi igitur cum Iurisperdientia Philosophiam, & quidem in Logicis praenobilissimi SIXTII, in Metaphysicis & Mathematicis clarissimi POVENTII, atque in Historicis illustris IOACH. ERDM. SCHMIDT & excellentissimi IO. GOTTF. MULLER, lectiones secutus sum; nec non praedictus MULLER Heraldicam me docuit. Tunc Ius Naturae, Historiam Iuris, Institutiones & STRUVII Iurisperdientiam ex ore consultissimi HENR. GODOFR. SCHEIDEMANTEL, hausi. Porro illustris IO. AVG. HELPFELD & consultissimus GOTTLOR. EVSEBIUS OELTZE Doctrinam Pandectarum, atque praclarissimi: IO. AVGVSTVS REICHARDT Ius Canonicum, CAROLVS FRIDER. WALCH Ius Cambiale, & tandem IO. LVDVICVS SCHMIDT Ius Germanicam & collegium practicum de Actionibus & Exceptionibus Forensibus, mihi opera-



aperuerunt & explicarunt. Quorum virorum in me benevolentiam & liberalitatem cum verbis deprecare satis digno nequeam, pia mente, dum oro, recolam. Erfordia autem, ubi Reſtori h. r. Magnifico ac conſultiſſimo, DN. AD. IGNAT. TVRIN, I. V. D. & P. P. O. Facult. Iurid. Aſſeſſori, Boineburg. Biblioth. Directori, nomen dedi, non ſolum reliquas Iurisprudentia partes, nempe Ius Publicum, Feudale & Criminale, abſolvi, ſed & collegium in Phyſicam Experimentalem frequentavi. In inclita hac academia Erfurienſi præcipue illuſtrem DN. KYDÖLPH. CHRISTOPH. HENNE, Elect. Regim. Conſiliarium, I. V. D. & P. P. O. Facult. Iurid. ut & Iudicii Provincialis Aſſeſſorem, fideliffimum me expertum eſſe præceptorem, grato animo affirmo, dum publicis recitationibus principia Iuris Feudalis accuratiſſime explanaret; nec minus e prænobilis ac conſultiſſimi DN. IO. IVSTIN. WEISSMANTEL, I. V. D. & P. P. publicis prælectionibus ad Ius Criminale magnum emolumentum in me redundaffe gratus fateor. Tu igitur, benigniffimum numen, omnibus hiſce venerandis meis præceptoribus & præmotoribus largiffimus remunerator eſte virum, qua in me contulerunt, beneficiorum.

Denique Ordinem noſtrum adiit, & deſiderium ſuum capeſſendi ſummos in utroque Iure honores eidem aperuit, ſimulque, ut ad Examen Rigoroſum, quod Candidatis ſubeundum eſt, ac reliqua Specimina Inauguralia eum admittere velimus, modeſte petiit. Cui petito eum Facultas annuiſſet, præparandi Examinis cauſa binos ipſi ex Iure Ciuili & Canonicos textus reſolvendos aſſignavimus, quos docte enucleavit, & ad quaſtiones propoſitas ita reſpondit, ut Ei Honores  
Aca-

Academicos decernere non dubitaverimus. Igitur proximo die Martis Lectionem Curforiam ad c. 6. X. de emt. & vendit. ea-que finita.

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
DE  
REMEDIO SPOLII,

habebit. Quos auctus, ut Magnificus Vniversitatis Rector, Per-Illustres Barones, Academiae Proceres ac Cives sua praesentia condecorare non dedignentur, ea qua par est, observantia & humanitate oro rogoque. Publ. sub Sigillo Facult. d. xi. Octobr. A. O. R. MDCCLXXII.

L. S.

Erfurt, Diss., 1770-73

ULB Halle  
004 176 472

3



f  
56.

1018





24

26

1772, 7

FACVLTATIS IVRIDICAE  
 DECANVS  
 HIERONYM. FRIDER.  
 SCHORCH, ICTVS,

SACRI PALATII CAESAREI C  
 CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS M  
 NIS, MEMORATAE FACVLTATIS  
 PROF. P. ORDIN. CIVITATIS  
 MARIVS, NEC NON ACADEMIA  
 SCIENTIARVM V

LECTORI

S. Y



In pretio C. V. quatenus nota

ERFORD, LITT. N

K  
 U  
 Z

